

buscumque mercimoniis vel rebus aliis eidem curie debita ab omni-
bus et singulis ipsorum iurium debitoribus pro parte eiusdem curie
exigatis et percipatis ac per cabellotos et subofficiales vestros integre
exigi et percipi faciat, ne per pactum seu conventionem aliquam
iura ipsa in preiudicium dñe curie modo aliquo minuantur;
recipientes ab eisdem cabellotis et subofficialibus vestris Corporalia
pro parte curie iuramenta et singulis

[10.] et singulis pactis et commissionum literis, quas
predictis cabellotis et subofficialibus feceritis, faciat expresse
apponi, quod de iuribus ipsis cum mercatoribus et quibuscumque
aliis curie debitoribus contra statutum debitum nullum pactum
inhere^{as 2)} presumant nichilque plus aut minus inde reci-
pant, quam sicut est hactenus debitum et statutum; in-
iungentes nichilominus cabellotis predictis ex parte regia et
nostra et in eodem iuramento faciat expresse declarari;
quod nomine et pro parte aliquorum officialium seu Castel-
lanorum castroregum regatim cabellas ipsas non emant nec
eos vel ipsorum aliquos socios in predictis cabellis admittant;
ex quo aliis precluderetur materia cabellas easdem augmen-
tandi seu etiam licitandi.

[11.] addicimus ^{etiam 3)} presenti mandato nostro, quod de
proventibus predicti vestri officii sacrosanctis ecclesiis et
personis ecclesiasticis decimas consuetas et alia iura debi-
ta et consuetas solvatis et de hiis, que propterea solveritis,
recipientis epodixam ydoneam et alia scripta competentia
ad cantelam.

[12] pecuniam autem totam ex predicta secretie officio

²
as = iure

b³ Reg. in